

typum expressit. Tropologice verb S. Gregorius : « Sterquilina, inquit, sunt corda penitentium, » in quibus Christus requiescit.

Institutum hoc et prodigiosum Jobi extra civitatem

licet, et s'assisur la cendre; *Indutus est sacco et sedit in cinere*. Et Jésus-Christ parlant de la pénitence que les habitants de Sidon et de Tyr auraient faite, s'ils avaient été témoins de ses miracles, dit qu'ils se seraient couverts d'un cilice, et se seraient assis sur la cendre.

Nous sommes donc bien fondés à regarder comme une suite de la soumission libre et volontaire de la pénitence de Job, le choix qu'il fit d'un lieu couvert de cendre pour s'y assiseoir, pendant que sa chair pénétrée par les pointes de la plus cruelle douleur, était devenue pour lui un affreux cilice. On a prouvé que ces dernières marques d'austérité et de pénitence avaient déjà paru, lorsque se prosternant contre terre, il adorait profondément la main qui lui enlevait tout ce qu'il en avait reçu. Mais sentant redoubler les coups de cette main, et ne pouvant douter qu'il ne les eût attirés, puisque c'était sur lui que tombaient les plus pesants et les plus sensibles, il ajouts aux dispositions intérieures, l'extérieur même de la pénitence, et se confessa publiquement pécheur dans le temps de sa plus parlante innocence, et dans le moment où il ressemblait le plus au juste par excellence, qui devait expier dans sa personne les péchés qu'il n'avait pas commis, mais qui avait résolu de les expier en s'en chargeant en secret aux yeux de son père, et en public aux yeux des hommes. Combien l'orgueil de Satan est-il confondu par une telle humilité ? Aurait-il jamais pensé qu'avec tant de vertu on eût pu être si distraité, ou même s'en défaire à tel point, qu'on la regardât comme très-doutoise et peut-être comme fautive, sans que le témoignage de la conscience pût rassurer ? Se serait-il imaginé qu'après qu'il aurait éprouvé tous ses traits contre Job, cet homme percé de mille flèches, irait s'asseoir sur la cendre pour confesser qu'il est digne de plus grands supplices, et pour tâcher de les détourner de dessus sa tête, en acceptant avec un esprit humilié et un cœur brisé ceux dont il éprouvait la rigueur.

Ce dernier caractère est au-dessus de tous les autres, et il met une exacte ressemblance entre Job et celui qui devait accomplir toute justice, en se confondant avec les pécheurs qui ont reçu le baptême, et en consentant d'être chassé par l'Esprit dans le désert, comme le bouc cisaire chargé de l'iniquité de tout le peuple.

On trouvera peut-être quelque difficulté à ce que je dis du silence de Job et de sa pénitence, avec les longs discours qu'il fait dans la suite, et qui ont presque tous pour but de justifier son innocence calomniée par ses amis, qui jugeaient de sa vertu par sa misère. Mais il faut distinguer les temps et les divers degrés de lumière et de révélation, qu'il a eus de Dieu de communiquer à Job selon l'économie admirable de ses desseins sur lui. Je sais qu'on les confond ordinairement, et que par une telle confusion, on ajoute de nouvelles obscurités à un livre qui en est déjà plein ; mais j'espère que Dieu me fera la grâce de percevoir ces ténèbres, en me rendant attentif à sa conduite sur son serviteur ; et qu'il paraîtra clairement que Job a dû se taire dans un temps, et parler dans un autre ; qu'il a dû s'humilier dans la crainte d'être coupable, quand il n'a vu que lui-même, et qu'il a dû au contraire s'élever avec force, lorsqu'il a connu le caractère dont il était honoré. Enfin il a toujours parlé très-exactement par rapport aux hommes, qui ont besoin de s'humilier sous lui et d'implorer sa médiation auprès de Dieu, quoique Job ait un peu trop confondu le personnage figuré, dont il n'était que le prophète, et qu'il ait donné par là occasion aux sublimes leçons que Dieu lui fait, dont l'application et le ministère sont peu connus.

(Duguet.)

in sterquilino sedentis atque testâ sanien detergentis spectacula miris in cœlum laudibus efferunt sancti Patres, et circa illud plurimas non minus utiles quam curiosas movere solent questiones, quæ brevitas ac claritatis gratiâ visum est ad septem potissimum (quarum ordine resolutiones subnectam) revocare.

Prima sit, cur sanctus Job à plantâ pedis usque ad verticem capitis ulcere pessimo percussus, et plurimis gravissimisque morbis afflictus, civitatem egressus fuerit, cum, si extra urbem in istiusmodi segritudinem incidisset, in eam potius introducendum videretur, quò commodius tantis malis remedium offerri posset. Secunda, postquam jam civitatem deseruerat, cur sub dio commoratus sit, quibuscumque aeris injuriis expositus, et non ad domum aliquam aut vilam suburbanam se contulerit, quemadmodum Ozias, 4 Reg. 45, quando lepra se percussus sensit, fecisse memoratur. Haud enim credibile est talem atque domum defuisse illi presertim viro, qui rex erat, et quidem maximus inter Orientales ? Tertia, postquam sub dio commorari voluit, cur non mundiorum et ameniorem quamquam sibi locum delegerit, inter flores, v. g., herbas virides, aut saltem inter mundos lapides, juxta torrentem aliquem aut fontem, ubi festorem summ levius ferre atque ulcera sua emundare aliquantulum posse videretur : nam finetum adiens, visus est non tam semetipsum emacuat quam amplius contaminare, atque immunditiam immunditie copulare voluisse. Quarta, postquam ad sterquilinum se conferre decreverat, cur tale delegerit, quod omni immunditia genere, scilicet cinere ossium demortuorum, putredine cadaverum et stercore foetidissimo scatebat. Quinta, postquam talem omnino locum elegerit, cur in eo sederit, et non potius steterit. Si enim, uti aliâs diximus, constitutum illi erat cum diabolo, quem ad se oppugnandum venire non ignorabat, manus conserere, surgendum illi magis quam sedendum videretur. Nam sicuti pugnantibus sessio est penitus incongrua, ita illis stato est prorsus incommodata, adeò ut David Deum ipsum in adiutorem adversis inimicos suos advocans, postquam eum quasi in solio majestatis suæ sedentem animadvertisset, exclamaverit, Psal. 54, 4 : *Exsurge, Domine, et effunde framœam, et conculce adversos eos qui me persequuntur*; quodammodo supponens neminem congruè sese inimico posse opponere nisi qui surrexerit et armis steterit. Sexta, cur, in sterquilino sedens, ad sanien ac vermes ex ulceribus scaturientes abstergendos nihil aliud adhibuerit quam testam, quæ ulcera magis exasperabat. Septima, quanto et cur tam longo tempore ibi manserit. Quamvis enim nullâ laborasset infirmitate, nec ullo alio dolore torqueretur, intolerabile tamen videri poterat, toto tempore quo tentatio duravit, quod haud exiguum fuisse constat, in festidissimo sterquilino commorari.

Ad primam et secundam questionem plerique Patres et interpretes respondent ideirò S. Jobum, postquam à diabolo ulcere pessimo percussus fuerat, civitate egressum, quia tam horrendum et abominabilem

abilem toto corpore festorem exhalabat, ut neque cives, neque cognati, aut propinqui domesticique illum ferre ullo modo possent; quin nec semetipsum sustinere unquam valuisset, si cubiculo vel domo quâpiam inclusus permansisset. Quomobrem ne festore proprio suffocaretur, neque ulli incommodaret, aut pernicem adferret, extra domum, extraque civitatem, à communi hominum consortio segregatus, sub dio, loco patulo et obvio, ventorum flatibus sese exposuit, ad immanem, qui ex ulceribus prorumpbat, festorem liberiori aliquantulum aurâ eventilandum. Ita Polychronius in Catena, cui etiam alii Patres similia docent, hunc ejus à civitate recessum lepræ adscribentes. Tam enim horribilis et noxius est leprosi aspectus halitusque, ut in lege Deus hujusmodi extra civitatem jussisset commorari. Unde etiam Ozias et ipse rex lepra percussus regno simul et urbe excedere coactus fuit. Job autem non quâcumque, sed foetidissimâ planèque abominandâ lepra tactus erat, qualem D. Gregorius homil. 59 in Evang. describit « in carne leprosi, quæ tumescitibus vulneribus scinditur, et exhalatibus fetoribus impletur. » Quomobrem, ut bene notat Origenes lib. 2 in Job, « his qui in civitate erant, molestiam ingerere non est passus. Se debet super acervum stercoreis extra civitatem; me solum, inquit, circumdant mala, mihi soli molestia sint vulnera mea. » His accedit, usitatum fuisse Persis, ut ex Herodoto lib. 5 notat Cælius, quibus proxima erat regio Hus, in quâ Job habitabat, leprosos omnes ingenti abominatione prosequi atque civitatibus expellere, tanquam apertos Numini inimicos; credebant enim lepræ morbum non tam ex natura vitio quam ex deorum vindictâ provenire et immiti, presertim illi qui grandi aliquo crimine adversus solem deliquissent. Quin et Isaias, eo ipso quòd spiritu prophético prævideret Christum quasi leprosum, exposuit ab omnibus judicandum tanquam à Deo percussum et humilatum, ac si lepræ labe illi soli adhereret, quem Deus tanquam maximum suum inimicum vellet percutere et humiliare. Enimverò satis credibile est diabolum totam adversis Jobum civitatem commovisse et concitasse, ut ipsum quantumvis regem tanquam Numini maximè exosum et à Deo percussum omnes aversarentur, ac velut monstrum abominabile à se repellent atque execerarent. Etenim si, ut Plinius lib. 6, cap. 22, ac Solinus cap. 66, narrant, in Taphrobas insulâ totius populi decreto statutum fuerit, ut vel rex ipse si quando gravior quid deliquisset, communi hominum congressu et convictu prohiberetur, et ab omnibus tabe ac mœrore conficiendus expelleretur; quanto magis diabolus ad simile quid adversis Jobum, tanquam Deo invisum caput, decernendum Hussitas instigasse credibile est, ut ipsum velut monstrum malè ominosum, et Deo hominibusque execrandum, proci à se repellent, et extra civitatem ablegarent?

Ad tertiam verò, quartam et quintam questionem, cur nimirum Job civitate egressus ad tam fetidum locum se contulerit, et in sterquilino consederit, di-

versi Patres et interpretes diversimodè respondent, varias hujus rei pro ingenio quisque suo rationes ac congruentias excogitant.

Ac primò quidem nonnulli credunt hoc ideò factum, ut vir sanctus hæc ratione extremam, ad quam devenerat, miseriam summumque contemptum suum aliquatenus indicaret, sicuti è contra quando rebus prosperis utebatur, ad suam gloriam, quâ tunc potiebatur, indicandam, et ad honorem, qui ab omnibus illi passim deerebatur, declarandum, se in cathedrâ seu throno regali consedissee commemorat.

Secundò, alii censent Jobum elegisse locum istum ad nimiam suam tristitiam luctumque testandum. Proprium enim erat eorum quos ingens calamitas opprimebat, ad luctu ac mœrore vacandum, terram eligere, et in eâ considere. Sic Esdras : *Sedi, inquit, et flevi, et luxi*. Similiter Jeremias, ut D. Ambrosius notat, introducit filias Jerusalem plorantes, et ad hoc aptum sibi locum deligentes : *Sederunt, inquit, in terrâ, Thren. 2, 10*. Ita quoque Deus ingentia Babylonii mala, quæ illi evenitura, et summum mœrorem allatura erant, predicturus : *Descende, inquit, sede in pulvere, virgo filia Babylon, non est solium filia Chaldaeorum, etc.*

Tertiò, alii existimant virum sanctum ad sterquilinum, vel, ut in Hebræo est, *ENË beepher*, id est, ad cinerem seu pulverem penitentis studio se contulisse. Cinis enim et pulvis olim proprius erat penitentium locus, quemadmodum S. Ambrosius lib. 2 de Penitentia, cap. 6, evidenter ostendit, quem propterea Ninivite ad prædicationem Jonæ penitentiam agentes tanquam huic rei maximè opportunum ac placando Numini apertissimum elegerunt, quorum ipse rex in cinere ad multos dies consedissee memoratur.

Quartò his addendum id quod idem S. Ambrosius lib. 2 de Penitentia, cap. 4, S. Jobum per hanc in sterquilinio sessionem præcipue intendisse insinuat, scilicet ut ad luctum cum diabolo feliciter incedendam, usitato athletis stratagemate, talem inprimis locum occuparet, in quo omnes inimici ictus faciliùs occurrere, atque ipsemet certius ac plenius adversarium suum ferire posset. Quis autem locus homini cum caedemone prælium inituro apior aut tutior esse possit quam sterquilinum, quam sepulcrum, quam cinis, quam pulvis? Satis utique notum et experientia rerum magistrâ comprobatur est, unamquamque rem tum maximè vigere, ac validiorem fortioreque existere, quando est in centro suo, sive dum loco sibi conaturali consistit. Ita piscis Tobie, qui in aquis vehementer et potenter sese agitabat, simul atque ex iisdem extractus fuerat, illic palpitare atque expirare cœpit. Ignis quoque qui inter ligna vehementissimè exarserat, in puteum immeris confestim in aquam crassam commutus legitur. Ex quâ doctrinâ Caius Princeps curioso quodam difficultatis solutionem invenit, quemadmodum reiert Plinius lib. 52, cap. 4, mira de echenide pisce memorans, qui à navigiis remorandis vulgò *remora* nuncupatur : *Ruant, inquit, venti licet et saviant procellæ, imperat furori, viresque tantas compescit, et cogit stare*

navigia, etc.) Hic igitur pisciculus limaci non absimilis, cum Cali Principis ab Asturâ Anium remigantis quinquerehem solam, cæteris prosperum cursum tenentibus, subito in medio mari ad instar arboris firmiter radicate immobilis sisset, exilerunt protinus qui eum quaerent, et morte hujus causam investigarent; invenerunt autem adhaerentem gubernaculo, ostenderuntque Caio indignanti hoc fuisse quod se revocaret, quadringentorumque remigum unanimem conatum frustraretur. Miranti autem et causam seiscitanti, cur pisciculus ille navi forissecus adhaerens eam tenuisset, nec idem polleret in navigium receptus, prudenter omnino scitæque responsum est, hoc ex eo provenire, quod in mari positus in loco suo naturali existeret, à quo vim omnem et retinendi facultatem acciperet, quam ex aquis extracta illiò perderet sic, ut penitus extra illas nil valeret. Cùm itaque loci proprietates ac constitutio in rebus aliis tantùm valeat, tum vel maximè in bello ad victoriam obtinendam plurimum conferat. Quare vir sanctus cum diabolo, hoste versutissimò nequissimoque prælium inintrus, locum sibi maximè opportunum, utpote mortali naturæ proprium ac naturalem, delegit; sterquilinum scilicet sepulcræ omni spurcitiâ refertum. Sepulcræ enim tunc temporis extra civitatem in loco quopiam suburbano non præcèd à portis remoto exstruebantur, in S. Chrysostomus hom. 2 de Spiritu sancto testatur; illa verò unum è tribus continebant, scilicet cinerem, pulverem aut putredinem. Ac cinerem quidem plerumque continebant sepulcræ regium ac potentiam; quorum corpora cremabantur, et in cinerem redacta urina imponebantur, ac sepulcro continebantur. Pulverem verò tenebant antiquiora vulgaria ac plebeiòrum hominum sepulcræ, quorum corpora jam à terrâ erant consumpta et in pulverem conversa. Putredinem verò ac fetorem atque immunditiam omni stercore fetidiorum exhalabant illa sepulcræ, in quæ recens defunctorum cadavera erant illata. Hæc itaque simul omnia S. Job in unum colligens, ad locum istiusmodi extra civitatem se contulit, in quo erat cinis et pulvis, ac fetidissimum sterquilinum demortuorum sordibus conspurcatum, quod sepulcræ omnis generis excrementa continebat. In eo autem *sedit*, quia non transcursum aut pertransennam obiter sepulcræ vicinâ inspicere; sed constanter, quietè ac perseveranter eorundem contemplationi inhaerere, et tantùm loco mortalibus maximè proprio et connaturali commorari voluit. Non fecit sanè ceterorum more hominum, qui, dum sterquilinum aliquod fetidum pertransennat, gressum accelerant, nares obturant, oculos avertunt; sed patulis sensum ostiis et animæ potentis, omnia quæ in sepulcris sunt attentâ vivacique mentis consideratione lustrabat, et singula minutim expendebat, secum cogitans quales modò essent antiqui illi principes, quos olim opibus florentes atque orbi dominantes parim ex historiis noverat, partim ipse viderat, et jam opibus regnisque spoliatos, ab amicis derelictos, ab heredibus expulsos, in cineres redactos et

brevisimâ urnâ conclusos conspiciebat. Considerans itidem se paulò post ad similem quoque statum ac locum redigendum, faciliè omnia contemnebat, et è sepulcro, tantùm spiritali quodam armentario ac vera sapientiæ promptuario, acutissimas vive considerationis sagittas, quibus diabolum confoderet; despromebat. Inde similiter sentum humilitatis assumebat, quo undique tectus omnes inimici letus nullo negotio eludebat, enervabat, retundebat, dum se quasi putredinem et cinerem, ac jam mortuum et in sepulcro positum reputabat. Hinc mundi, bonorum gloriaque contemptus; è quibus nihil in sepulcro manet; hinc divitiarum facultatumque temporalium, quo mortuum nihil comitari possunt, aspernatio; hinc invicta illa patientia, quâ difficultates ac molestias omnes invictò animo fortissimè constantissimèque sustinebat, nullam sibi, utpote pulveri et cineri, injuriam aut despectum, quo non majorem mereatur, irrogari posse persuasum habens. Atque hæc est altissima Jobi in sterquilinio sedentis philosophia.

Ad sextam porrò quaestionem, cur nimirum *testa saniem rasarit*, respondent sancti Patres Jobum hæc ratione illas ipsas quas diabolum ei inflixerat plagas, exasperare voluisse, et acriores in carne suâ dolores excitare, quò semetipsum generosius superaret, ac de diabolo gloriosius triumpharet. Ita D. Gregorius lib. 5 Moralium, cap. 5, et Apollinarius in Catena, et elegantissimè Origenes lib. 2 in Job, cujus hæc sunt verba: Non accepit molle aliquid ut abstergeret molerem, leviter, leniter, artificiosè moderando atque relevando; sed accepit testam duram, asperam, ut raderet cum dolore saniem suam, et non exsterneret eblandè aut modestè mitigans atque relevans vehementem illum atque inenarrabilem dolorem. Die, è beate atque Deo dilectè, ob quam rem hoc facis? cur hanc dolorem exasperas? cur augmentas? cur exaggeras testam radendo lamentabile hoc vulnus atque seavissimam hanc plagam? cum potius debueras observare, levare, fovere, ungere, defricare, ut perctæc universa mitiorem atque blandiorem redderès hunc seavissimum dolorem plagamque terribilem?

Sed respondens justus dicit: Ego vicè, non succumbo his doloribus, neque istis penis desicco, neque delitor, neque delassor; non enim sum dolores istos et horiores animæ meæ firmitatè, non hæc tormenta et horior cordis mei duritiâ; exagero itaque commoveo ipsos dolores, etc. Voluit nimirum sanctus Job strenuum se militem præstare, et in spiritali militie disciplina probè instructum ostendere; agnovit se spectaculum factum Deo, angelis et hominibus; vidit omnia in terrâ agmina jam sibi opposita, et ad congregandum accincta, ideòque stationem sibi suam minimè deserendam, sed in nomine Domini adversis inimicum arma spiritalia sumenda esse. Intellexit sapiens ac doctus stratagem diaboli acies in duas præcipuè partes esse distributas, et in duo veluti cornua lutasas, ut ipsam utrimque aggrediantur atque unam quidem impressionem facere ex parte corporis per inordinatas concupiscentiæ carnisque commotiones,

quæ potenter militat adversus animam; alteram verò se tenere ex parte animæ, in quâ varios superbia, quæ fons est et origo omnium peccatorum, motus excitat perniciosos. Contra duas itaque has acies se communitate satagens, carnem ipse suam animo planè subdidit atque subject, quam, licet à diabolo satis afflictam, adhuc amplius affligere non dubitavit, dum ad dolores, quos ille intulerat, alios adiecit graviore, durissimâ testâ scabiem ejus radens. Quis unquam ad vulnera detergenda testam, vel, ut in Hebræo est, *ררר heres*, id est, asperam tegulam aut rudem laterem adhibuit? Qui ulceribus affligitur, solent mollioribus panniculis et linteis abstergere humorem effluentem, aut saltem blandâ manuum applicatione, cum alia deficiunt, emundare; Jobus verò crudè testâ ad saniem gravissimorum ulcerum detergendam utitur. Verè *vulnus ejus et livor et plaga tumens non est circumfusa, nec curata medicamine, nec futa oleo*, Isaiæ 1, 6, sed durissimâ tegulâ magis exulcerata. Quomodò talis caro contra spiritum jam posset insurgere, aut ullum carnalem concupiscentiæ motum eructare? Magnum profectò munimentum militis spiritualis est castigatio carnis per quam dum hæc affligitur, spiritus roboratur. Quapropter eam S. Ambrosius Ser. 23, acutè et elegantè non infirmam, sed *fortem infirmitatem* jure nuncupat; quò loquendi formulâ per antithesin non rarò uti solet, sicut cum spiritalem ebrietatem, quam Spiritus sanctus operatur, *sobriam* nominat in Hymno canens: *Lati bibamus sobriam ebrietatem Spiritus*. Siquidem talis ebrietas non mentem turbat nec ebrios facit, sed intellectum acuit ac sobrios reddit. Quò etiam phrasi usus S. Augustinus epist. 121 ad Probam, *doctam dixit ignorantiam*. Pari igitur ratione ac modo fortis est infirmitas illa carnis, quæ non infirmum, sed fortem reddit spiritum, Apostolo dicente: *Cum infirmor, tunc potens sum*, 2 Cor. 12, 10. Job itaque afflictam suam carnem testâ rasit et magis exulceravit, ut spiritum redderet fortiorem. Ne autem per superbiam posset superari, ad sterquilinum confugit, ut ibidem omnes superbiæ motus assiduâ mortis contemplatione extingueret.

Aliam, eamque elegantissimam similè et ingeniosissimam hujus rei rationem, cur Job testâ saniem raserit, assignat S. Gregorius lib. 5 Moralium, cap. 5, eum hoc fecisse dicens, *ut lutum luto tergeret*; juvat ipsa ejus verba audire, quæ sic habent: Unde testa nisi ex luto conficitur? Quid verò est sanies corporis nisi lutum? sanies ergo radere testâ perhibetur, ac si aperte diceretur: Luto tergebat lutum. Pensabat quippe vir sanctus unde sumptum fuerat quod gestabat, et fragmento vasis fictilis confectum vas fictile radebat. Testâ radebat saniem, ut semetipsum in fragmento considerans, etiam de extensione vulneris sumeret curam mentis. Sic ille. Haudquaquam igitur Jobus cum lutum luto tergeret, et in sterquilinio sedere, vulnerum suorum putredinem adagebat, sed potius emundabat, quandoquidem ad fetorem peccatorum excludendum, et ad tumentes animi plagas curandas nihil accommodatius aut efficacius esse potest

mortis et sepulcri meditatione ac continuâ fragilitatis humanæ consideratione, quæ in testâ designatur. Edocet igitur hoc pacto Job ex imis ulceribus renasci, ex cinerè leprâ ortum adfiori, ex vermium morsibus in vitam reditum evocari. Corpus profectò continuis dolorum arietibus eturbari, concuti fuscis carnis depassentibus vermibus; et memor luti, quò à primordio compactus fuerat, lutum resumit, lateritiam admoveit struem, et iterum construit quod ceciderat. Edificatus ex limo, ex limo readificat, testam adiecit lepræ, lutum luto, et inter memorias ortus sui et exitus construit, à manibus Dei edoctus, corpus iterum quod perierat. Quàm felix ingenium, è mortales! Theriaca medela adversus toxica mortis, est mortem quasi testam manu versare, corporis membris allidere, cogitatione evolvere, applicare vulneribus, et iteratis refricare curis. Sic è cadavere nova proles, è cinere vividus fœtus, ex ulcere vegetum corpus exoritur. O quot teste, quot lateres circumfusa obvii pulverem pluunt, cuncta cinere cadent! Nonne vidisti crisocentulum radiantem oculis, puniceum gemis, alpestrum comis, strenuis artubus, virili robore polentem, tam citò emarcidum quàm floridum? Transisti; et ecce non erat neque decor, neque vigor, exesis genis fugerant oculi, macies jam vultus est, cutis vis tegit ossa, putent dentes, dolent latera, vix movet pedem, jam fatiscit. Ecce testam, terge vulnera.

Ex eadem quoque cogitatione pissimâ ortum quod Tertullianus doctrinâ longè celeberrimus antecor observavit, Jobum scilicet usque adeò feda sua ulcera assimilasse, tantoque in pretio habuisse, ut testâ saniem radens, vermiculos tamen inde excentes abire non sinneret, sed ad carnis foramina revocaret, ac gloriosorem de diabolo hoste victoriam atque nobilissimum erigendum de inimico gloria suæ vexillum. Quid? inquit lib. de Patientia, cap. 14, ridebat Deus. Quid? dissecebatur malus cum Job inundandam ulceris sui redundantiam magnâ equanimitate distringeret, cum erumpentes bestiolas inde in eosdem specus et pastus foraminosa carnis ludendo revocaret; nimirum testâ ipsâ, quâ, quod S. Chrysostomus et Gregorius hic ex loco Pauli notant, 2 Cor. 4, 7, thesaurum suum in vase fictili seu testaceo velut asservabat. Simile quid de vermibus ex ulcere scaturientibus, et magno in pretio habitis seu instar thesauri asservatis refert Pamelius de sancto Francisco ad dictum Tertulliani locum; et in Vita S. Dominici Ferdinandum del Castillo, Surius et Petrus Ribadimera, aliique de pissimâ feminâ cancro ad mammas inestissimò laborante, et nihilominus vermes, quibus scatebat, in ulcere nutriente; à quâ cum S. Dominicus vermiculum ex his unum exposuisset, dedit illa quidem non dono, sed nutuo, moxque repetiit; qui cum in manu sanctissimi Patris versus esset in gemmam pretiosissimam, mox fuit in ulcere reversus in vermem. Quo sanè ostensum, quàm pati pro Domino pretiosum sit.

Ad septimam denique quaestionem, quanto scilicet tempore Jobus in sterquilinio sederit, varii variè respondent, tempusque illud, prout diversis conjecte-

is aut congruentis nituntur, vel producent vel contrahunt. Ego in re incerta nil certi statuendum iudico; quare aliorum sententiis in medium prolati, quam ex ipsi probabiliorem existimem, indicabo.

Ac prima quidem est Suidæ apud Genebrardum lib. 1 Chronologia censentis Jobum integrum septennium in sterquilinio exegisse; quam sententiam Græci aliqui Patres in Catena sequuntur.

Secunda est quorundam apud Origenem lib. 2 in Job, credentium tempus illud tribus annis cum dimidio durasse in typum Dominice prædicationis.

Tertia est Sederis Olam apud Genebrardum paulo ante citatum lib. 1 Chronologia, dicentis Jobum uno duntaxat anno in sterquilinio consedisse.

Quarta denique, quæ mihi probabilior videtur, est ipsiusmet Origenis sententia, docentis Jobum per aliquot duntaxat, v. g., tres cum dimidio, aut ad summum quatuor menses in sterquilinio fuisse commoratum; idque probat ipsiusmet Jobi testimonio dicentis: *Menses vacuos numeravi mihi*, cap. 7, 5, dicturi haud dubiè annos, si per annos ejus tribulatio durasset. Nam sicut de mensibus non siliat Job, sic utique a fortiori nec de annis siluisset, si annos sustinisset; nunc verò quia non annos sustinuit, sed menses, meritò sanè annos non memorat, menses autem nominat dicens, ut Septuaginta legunt: *Ἰν μήνας ἄνευ πόνου, σὺν τῷ στυγερῷ ἐπέμεινον ἡμέρας*, sustinui menses vacuos. Hujus autem sententiæ congruam rationem reddens ait: «Cur enim benedictus Deus diutius esset perneccatus justum illum, cum sufficeret brevissimum tempus ad superandum malignissimum diabolum? Non enim hoc delectabatur Deus, ut Job torqueretur, sed hoc potius, ut diabolum convinceretur, et beatus Job justus comprobaretur. Nihil ergo aliud expectavit Deus nisi hoc solum, quando diabolus universam suam iniquitatem perferret, et quando Job universam tolerantiam suam adimpleret, ut inexcusabiliter convinceretur diabolus, et justus verè appareret Job. Hoc nimirum non diuturno annorum spatio, sed brevissimo mensium tempore irrefutabiliter consummatum est. Ita Origenes, qui ibidem acutè annotat paucos illos menses, quibus afflictioista duravit, longissimo etiam tempore jure meritò æquiparari, ratione scilicet dolorum tam ingentium, in quibus diu versamur, breve etiam tempus longissimum reputatur. Etenim si ad proximum aliquem locum quempiam tardigradam famulum miserimus, nisi confestim domum redierit, seiscitari solemus, ubinam gentium tanto tempore moratus sit, unicam etiam horam hoc loquendi modo longum tempus appellantes; quanto magis trium et amplius mensium spatium, in tot vicibus, doloribus et plagis à Job transactum, sanè proximum et longum dici meritò possit ac debeat!

Hic addi possit etiam alia congruenta consideratione digna, quòd nimirum Jobi carnes tot veridice ex ulceribus ejus jugiter fluentibus, et eas assidua corrosione depescentibus, in pabulum minimè ad tot annos sufficere potuisse videantur, præterquam quòd tres amici ad finem usque afflictionis ac certaminis, cap. 42, Jobo adfuisse insinuentur; qui sanè cum re-

ges essent, haudquaquam multis annis à regnis et provinciis suis abesse potuissent. Toto autem tempore, quo hæc afflictio durabat, summam constantiam Job mansit residens in sterquilinio, nec locum suum deseruisse, aut inimici insultu reformidasse aut declinasse ullo modo videretur. Quà fortissimè athletæ constantià et magnanimitate ita diaboli conatus omnis fractus et dissipatus est, ut prior ipse campo excedere coactus, ac de victorià desperans Jobum planè dereliquerit, nec contra ipsum quidquam à Deo amplius petere sit ausus. Mirandum sanè quòd sciat aliquando fera bestia quiescere. Cur, o diabole, amplius non iustas? cum non magis adhuc urges percussum? cur dolores non iteras et exacerbis? cur ampliore permissionem atque nocendi facultatem non flagitas? Quia nimirum invictissimus athleta tormentis minimè cedebat, sed majores ab iis animos sumebat, et quidlibet adhuc sustinere paratus erat. Dommodo quispiam in hæc vitâ tribulationes æquo animo aliquantisper sustineat, brevi tempore omnia rabidissimorum etiam inimicorum tela evacuantur ac penitus exhauriuntur, quemadmodum Origenes lib. 2 in Job eleganter ad hunc locum declaravit dicens: «Cum in istis ergo perseveraret Job, nequissimus diabolus obstupuit, expavit, desperavit, dicens: Ubi est præsumptio mea? Ubi est auctorià? omnem sollicitudinem exerci, et in Job nihil feci, omnes sagittas nequissime pharetra mea (evacuavi). Dum justus in sustinendo perseverat, quam citò temporalium omnium malorum pharetra evacuantur et exhauriuntur! Rectè Chrysostomus in Catena sic acciuit: «Clarus hic et insignis viri impetum omnem mirâ virtute destituit, inopiâ, fame, morbo, cruciatu, liberorum nece, amicis, inimicis, uxore, servis in eum irruentibus. Nulla demùm humanæ miserie fuit ærma, que non sit in ejus corpore exhausta. «Cernit' ut Jobus omnem inimici impetum generosè sustinendo fregerit, atque omnes ejus nocendi artes eluserit, atque ignita tormentorum jacula, que imbris instar in ipsum ingruentibus, infracto animo exceperit, et totam diaboli pharetram evacuavit? Temporalia certè tormenta, et periturorum detrimenta honorum, que in hac vitâ nobis accidere possunt, haudquaquam viro cordato metuenda. Quid enim timeas labores ac dolores illos, quos si paululum sustines, prosus evacuas? Cavendi potius ac formidandi labores futuri seculi, qui nunquam exhauriuntur, nunquam evacuantur, juxta illud Psalmista: *Calix in manu Domini vini meri plenus mixto; et inclinavit ex hoc in hoc; verumtamen fœx ejus non est exinanita*, Psal. 74, 9. Videtur quidem primo impetu Deus totum ire sue vas in improbos quodammodo inclinare totumque simul effundere; atamen nunquam exhauriuntur, nunquam evacuantur. In presenti seculo nullum quantumvis grave malum non evacuat sustinentes, et in futuro nihil penarum damnato minuit, quemadmodum fatidico ore Isaias, cap. 66, 24, clamat dicens: *Vernis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur; et erant usque ad satietatem visionis omni carni*. Quem locum eleganter expendit divus Cyprianus, fe-

licitatem eorum qui temporaria et brevi exhaurienda in hoc seculo tormenta sustinent, cum miseriam illorum qui in futuro sempiterna reproborum supplicia subituri sunt, conferens, et ad Demetrianum ita scribens: «Servabuntur cum corporibus suis animæ infinitis cruciatibus ad dolorem. Spectabitur illis à nobis semper qui hic nos spectavit ad tempus; et in persecutionibus factis oculorum crudelium brevis fructus perceptuâ visione pensabitur. *Vernis enim eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur*; et erunt ad visionem universæ carni. » Unde patet quam diversa sint temporales nostræ, quas hic patimur miserie, ab æternis illis quibus reprobi cruciantur; nostræ enim exhauriuntur, illorum sempiternæ sunt, nec unquam minuantur; nos ad breve tempus hic in mundo pressuram sustinemus, illi semper sub durissimo diaboli flagello gemunt. Felices igitur, et ter felices, qui hic cum beato Jobo temporales ad modicum tempus afflictiones sustinent in patientiâ, ut sic miseriam evadant sempiternam, atque immarcescibilem sibi comparent æternæ gloriæ coronam!

VERS. 9. — DIXIT AUTEM ILLI UXOR SUA (1): ADHUC TU PERMANES IN SIMPLICITATE TUA? BENEDIC DEO, ET MORERE (2). Hæc multo fusiùs et embleatissimè ita transferunt Septuaginta: *Tempore autem multo transacto, dixit*

(1) Quæ, cum sibi socia ad se solandum esse deberet, in Satane ministra. Hæc tentatio morbo ipso longè gravior fuit. ADHUC TU PERMANES IN SIMPLICITATE TUA? *ἄδὴκ τὸ ἄπλοῦν τὸ πρῶτον*. Adhuc tu retines integritatem, sive perfectionem tuam?

Vide quid tibi, dum eam ita mordicis retines, acciderit.

(Mercerus.) Septuaginta: *Quoadusque sustinebis? Addunt: Dicens: Ecce permaseo tempus adhuc parvum, expectans spem salutis meæ. Ecce enim deletum est memoriale tuum de terrâ, filii et filie, mei uteri dolores et labores, quos in vacuum laboravi cum armis, miserè perierunt. Tu verò ipse in putredine vernium sedes, perneccatus sub diò: et ego errans et ancilla locum ex loco, et requiescam ab ærarnis meis, et doloribus, qui me nunc premunt. Sed dicito aliquid verbum in Dominum, et morere.* Additamenta hæc leguntur in Patribus Græcis, uti et in codicibus quibusdam Bibliorum Latinis, atque in manuscriptis omnibus Septuaginta Nihil: dempta sunt ab editione Complutensi, ut cum Vulgata melius congrueret. Hæc tamen haberi aliter non possunt, quam ut glossena à librariis additum, adeoque auctoritate penitus carens.

Sed quæ uxor Jobi? Censuerunt quidam ipsam esse Dinam filiam Jacobi, quam Sichen filius Hemor pro herede affect. Addunt, natam ex Dinâ et Jobo puellam, quæ Putiphari Ægyptio nupta, genuit Asenetham, Josephi uxorem. Hæc tamen apertè sunt puerilis iudiciorum, quorum animos commenta omnia capiunt, dum specioso paternæ traditionis nomine vesiantur. (Calmet.)

(2) Quidam vix credentes in domo tam benè doctâ fuisse exemplum *ἀπέχεσθαι*, emulire verba mulieris commodâ interpretatione satagunt, nimirum, ut sint, vel sollicita interrogatio de fide et constantiâ, vel reprehensio fiducia in integritate suâ, sive quòd ita intellegi non esset ut sibi videretur, sive quòd integritati fidendum non esse putaret. Atqui cum hoc sensu non convenit, quòd Job illam increp. tanquam flagitiosa loquentem, etc. Amarulenta hæc ironia est: Age verò, Deo benedic etiam moriens; egregiam scilicet ab eo referes mercedem, qui eò te adduxit, ut tibi periret. *Sit. Age sanè Deo gratias, et morere*, q. d.

ei uxor ejus: Quoadusque sustinebis, dicens: Ecce permaseo tempus adhuc parvum, expectans spem salutis meæ? Ecce enim deletum est memoriale tuum de terrâ, filii et filie, mei uteri dolores et labores, quos in vacuum laboravi cum armis; tu verò ipse in putredine vernium sedes perneccatus sub diò, et ego errans et ancilla locum ex loco, et domum è domo, expectans solem, quando occidet, ut requiescam in ærarnis et doloribus qui me nunc premunt. Sed dicito aliquid verbum in Dominum, et morere. Vox mulieris, non viri, quia, teste Aristotele lib. 9 Hist. animalium, semper amplius ad desperationem prompta, impatienter calamitates ferat: «Mulier, inquit, magis invida et querula, et maledicentior et mordacior; propterea anxia et desperans magis quam mas, atque imprudentior, et mendacior, et facilior decipi, meminissee apitor. » Sed expendendum quòd hæc non tantum ex Jobi calamitatibus quantum ex diuturnitate earum ac longanimitate speque sancti commota; quòd præ se ferunt verba illa: *Adhuc tu permanses*, hoc est, etsi expectans te delusum videas, adhuc permanses in simplicitate, hoc est, in innocentia tuâ. Unde Chrysost. homil. 5 de Job: *Quoadusque sedens expectas de diè in diem saltem tuam? Ob quod uti faua suavit ut benediceret, hoc est, malediceret Deum, et moreretur. Ubi notandum quòd, etsi in adversis laudanda sit sufferentiâ ac patientiâ, tamen amplius spes firma ac patiens longanimitas in Deo, semper de illo sperans, nunquam dilidens, etsi tardet moraque fecerit, cum non sic Deus in adversis ex patientiâ honoretur quantum ex spe in ipsum firmâ et longanimit. Ex quo sequitur non sic demonj sufferentiâ Jobi displicuisse quantum spem in Deo firmam. Unde quod per mulierem indoluit non tantum patientiâ fuit, quantum spes ejus firma evadent.*

Nonne deliras, qui Deo gratias agas, cum is te mori sinat? Alii aliter accipiunt: *Quin supplica Deo, et moraris*, tanquam unicum malis tuis remedium. Itæ accipiunt Lucianus martyr et Joachim Perionius. Non placet Juliano in Catena, quòd defendit Jobi uxorem, quam sultant vocat. Alii: *Valedic Deo, et morere*. Alii benedicere ponitur pro maledicere; quem sensum postulant, et demonis conatus hoc suggerentis, et mens hujus mulieris, et responso Jobi. *Maledic Deo, et morere.* (Synopsis.)

Inter morbi initium et hæc ab uxor tentationem trium annorum et dimidii intervallum à multis poni, ex Origene discimus. Ipse verò Origenes mensuram tantum nonnullis separat, cum Jobus non annos, sed menses memoret inferius, capite 7: *Sustinui menses superneccatos*. Censent alii: uxorem tum denique ad hanc impietatem devenisse, cum se adactam sensit gravi rei familiaris angustâ, ut stipem querere cogeretur. Censet S. Chrysostomus, menses plures fluxisse; faventque huic sententiæ Septuaginta: *Tempore multo transacto, dixit ei (Job) uxor ejus: Quoadusque sustinebis? Suidas et Olympiodorus Jobi morbum septennio prorogant. Sed fatendum est, nihil certi hæc de re suppetere.*

Verba uxoris: *Benedic Deo, et morere*, non uno sensu reduntur. Benedic jam nunc Deum: ejusque erga te providentiæ gratias age quam meritisimas; tum morere inter hæc, quibus opprimis mala. Irrioso est atque acerrima ironia. Alter: Benedic Deum: ab ejus fide et obsequio ne latum quidem unguem recedes, dum is te acutissimum dolorum stimulis ad interitum urget. (Calmet.)

di; quam pertasa mulier, beneficiorum Dei immemor, tanquam animi pusilli et vere muliebris, ex impatientia stultâ illi suadens hæc dixit.

Hæc à multis queri solet primò quenam fuerit hæc uxor Jobi. Atque aliqui quidem cum Judeis, Philone et Paraphraste Chaldaeo censent fuisse Dinam, patriarchæ Jacob filiam. Sed hæc sententiam tunc solidam merito rejicit noster Sanctius, qui probatiorum putat illam que tradit Arabissam fuisse, cum Septuaginta inferiùs capite ultimo in libri hujus appendice tradant Jobum ex Arabissâ filium suscepisse, cui nomen Emmon. An verò eadem hæc fuerit quæ Jobo audaciùs insultat, incertum puto; quandoquidem em pro temporis illius consuetudine plures uxores habuisse par est; an item hæc eadem sit, ex quâ post suam in pristinum statum restitutionem filios et filias complures suscepisse in libri hujus fine memoratur, quæ incertum censet Pineda. Sed hoc suo loco examinabimus.

Secundò queri solet, cur dæmon occisis filiis ac filiabus solam uxorem esse supersitum voluerit. Et communis Patrum et interpretum sensus est id diabolico astu factum fuisse, ut si fortè tormentis et afflictionibus superare nequiverit, sicut Adamum per Evam, sic per uxorem Jobum seduceret, per quam obtinere se posse crederet quod per alios modos longè gravissimos obtinere non potuit; notat enim quid posset in viros uxorum indulgentia mollior, et longa atque intima vitæ ac thalami consuetudo. Quamobrem ad invitam Jobi constantiam labefactandam non invenit convenientius telum linguâ uxoris, uti pulchrè D. Basilium in Oratione de Patientia ostendit, dicens: « Cum hosti nihil jam reliqueretur quod deinde faceret, ad veteres suas insidias descendit, uxorisque illius mentem ad insanam ac nefandam sententiam adducens, illius operâ athletam frangere conabatur; ac sanè illi quidem longo dolore renuntians, capite in terram demisso, justo adstabat, manus ob ea que intuebatur concutens, et pietatis fructus illi exprobrans. Recensebat præterea veterem illam abundantiam rerum omnium, presentia verò mala ostendebat, ac qualem ex qualibus adeptus esset vitam, et cujusdam modi pro multis sacrificiis ac victimis mercordem à Domino accepisset. Item eadem ipsi inculcabat. Usurpabat autem semper verba amici parvi ac demissi plena, atque simul talia, quæ et virum fortem commovere et animum quamvis generosum inducere possent. Errabunda et serva vagor, dicebat; regina servitutem servio, et ad servitium meorum manus respicere coacta sum; quæ et quondam multos benignè nutrivit, nunc ipsa ex alienis nutrit. Ac sanè, inquit, illa, longè honestius et convenientius esset, si teipsum à medio tolleres, et gladium ire Creatoris accendo, quam res adversas æquo animo sustinendo, molestiam et tibi et conjugi proferres, » hæcens Basilium. Et eodem fere modo Chrysostomus et Origenes de ita loquuntur, quasi per sarcasum acerbissimum Jobo insultaverit dicens: I nunc, servi Deo, et benedic et lauda cum

tam tibi amicum, ut te jam jamque morte puniturus sit, aut certè non nisi ad miserias majores inferendas vitam prorogaturus videatur. Simili prorsus ratione ac modo diabolus afflictum Tobiam animum per aculeatam uxoris exprobrationem ad desperationem inducere conatus fuit. Postquam enim Tobias ad extremam paupertatis ærumam, Deo disponente, devenerat, postquam oculorum lumen amiserat, quia illum malignus spiritus vidit quidem corporeo lumine destitutum, sed divino intus splendore coruscantem, fors vacuum, intrinsecis Deo plenum, ad solita arma cæcavit, et uxoris linguam ad merendum vehementissime oburgationis opprobrium concitavit, quæ dixit: Verè vana facta est spes tua, et elemosayæ tuæ modò appaerunt, Tob. 2, 22.

Verùm longè aliud videtur fuisse Luciani Martyris de probitate ac prudentia uxoris Jobi testimonium, dicens Jobum imitatum fuisse Abrahamum, et liberos atque uxorem docuisse, ut in Deum religionem et inter se justitiam colerent et exerecerent, adeò ut nihil bonâ istâ familiâ religiosius nihilque amabilius excogitari posse videretur. Quare illa verba uxoris, benedic Deo, et morete, quæ passim interpretes exponunt infandum esse consilium, quo ipsa volebat ut contumeliosissimè Deo insultaret, alio prorsus modo intelligebat atque explicabat; neque enim probabile videtur censebat nobilissimam illam matronam, quæ tot annos eo preceptore usa fuisset, in palæstrâ omnium virtutum et laudabilium officiorum repetent sui et omnium oblitam, in eam fedam impietatem et horribile scelus incidisse. Quare sensum illius dicit S. Lacinianus hunc volebat, quasi diceret: Vides, o charè marite, te mecum bonis omnibus spoliatum, greges abactos, palatia cum suppellectili incensa, liberos interfectione delectos, nosque affligi inconsolabili calamitate, nec quidquam esse ob quod diutius in vitâ esse velimus; roga igitur Deum, ut accelerata morte nos probro, infortunio et non ferendâ hæc animi et corporis vexatione liberet. Et quidem illa verba, benedic Deo, et morete, si primigeniam linguam attendamus, eos sensus capi possunt. Nam vox Hebræa בך berech non tantum significat benedicere, verùm etiam precari, ut notat Vatablus, qui locum hunc ita vertit: Supplicia Deo ut moriaris. Quæ explicatio ingeniosa quidem, sed minimè legitima videtur, quia alioquin haudquaquam uxor à Jobo tam acrem merita fuisset reprehensionem quæ sequitur.

VERS. 10. — QUI AIT AD ILLAM: QUASI UNA DE STULTIS MULIERIBUS LOCUTA ES (1); SI BONA SUSCEPISSIMÆ

(1) וְכִי אָמְרָה לְיְהוָה כִּדְבָרֵי אִשָּׁה, secundum loqui (Infini-tivus) nominis, ut Isa. 39, 15) ubi ubi stultorum, id est, ut loqui solet stulta et impia quedam femina. Eadem loquendi formula 2 Sam. 15, 15. וְכִי אָמְרָה לְיְהוָה, et 2 Sam. 6, 20. וְכִי אָמְרָה לְיְהוָה. ubi ubi stultus, sæpè dicitur de homine profano et impio, ut Psalm. 14, 1, ubi not. vid. Chaldaeus: Sicut loquitur una de mulieribus, quæ committit flagitium tu domo patris sui. Invenit Dinaus, Jacobi filiam (conf. Genes. 34, 1, 2), ex opinione veterè, Jobum visisse tempore Jacobi patriarchæ, ejusque hæc filiam in matrimonium duxisse. Nam, vers. 9, Chaldaeus interpres verba ille-

MANU DEI, MALA QUARE NON SUSCEPIAMUS? IN OMNIBUS NOSTRIS NON PECCAVIT JOB LABIIS SEIS. Septuaginta Jobi hæc dicens gentium indignandum graphicè expresserunt, cum aiunt: *ὁ δὲ ἡλιθίος; ἀπὸ αἰσῶν, ἢ ἄλλο*

hebræa וְכִי אָמְרָה לְיְהוָה כִּדְבָרֵי אִשָּׁה, sic reddidit: Dixit ei Dina, uxor ejus. (Hosennuller.)

QUASI UNA DE STULTIS, etc. וְכִי אָמְרָה לְיְהוָה, quasi aliqua perdituram, sive nequam, כִּדְבָרֵי אִשָּׁה, quasi cuius mores, dicta et facta, aquæ more fluum, quæ sit corruptissima et dissolutissima, in quâ nihil sani sit. Nabal notat ἀνεργητικὸν τὸν νόον, ejus animus et mens mala est; nam כִּדְבָרֵי אִשָּׁה est emori; de plantis dicitur: in hoc distat כִּדְבָרֵי אִשָּׁה, Aquila, curiosus, sive contentiosus, interpres, qui etiam etymologiam verborum amat exprimere, habet אִשָּׁה אֵתְרוּסְטוֹר, una defluentium, quæ deflunt ut marcidæ et putrida folia. Stultam hic intellige improbam et flagitiosam. Hæc phrasim in Scripturâ sæpè impietatem arguit; Ps. 44, 1, et 74, 13, Jer. 29, 25. Vir sanctus, quamvis afflictionibus propriis patienter sustineret, tamen injuriam Dei absque reprehensione sustinere non potuit. Graviter eam reprehendit, ut necessarium erat, Levit. 19, 17. Adde Prov. 27, 5, et 29, 15. Loqueris quasi impia mulieres, quæ Deum negant ac justitiam providentiamque ejus. Fortè respicit Job mores Idumæarum feminarum, quæ, more gentium, deos suos, si parum propitii essent, conviciis exceperunt. Sic Æneid. 2: Quem non incussavit (Æneas) amens hominamque detinuitque?

Et Eclog. 5:

Atque deos atque astra vocat crudelia mater. Sic Persæ nihil eis negandum putarunt qui ignem (deum nimirum ipsorum) deportassent in fluvium, et, nisi optata obtinerent, ignem se mersuros in aquam et extincturos minarentur. Referunt Plutarchus de primo Frigido, et Strabo lib. 13; talium ingenium hæc imitata videbatur. Porro reprehensio hæc lenis est; non stultam vocat, sed stultam imitandam, quæ à seipsâ defecerat, et superioris vitæ honestate, etc. (Synopsis.)

Job, tout plein d'ulcères et couché sur son fumier, étoit plus saint et plus fort que n'avoit été Adam dans une parfaite santé, et dans un lieu de délices. Melior Job vulneribus plenus in stercore, quam Adam integer in paradiso. Il étoit plus fort, dit saint Ambroise, étant infirme et malade, que lorsqu'il étoit très-sain; et sa vertu se perfectionna dans sa faiblesse. Car son âme n'étoit pas assujétie à sa chair, mais il vivoit de la vie de l'esprit. Et c'est pour cela que ses paroles étoient des paroles spirituelles, et non charnelles: Non carnis genitus et corporis infirmitates, sed voce spiritus loquebatur. Ce fut donc par le sentiment d'une vraie sagesse qu'il donna le nom d'insensé à sa propre femme, et qu'il lui représenta l'extravagance qui la portoit à vouloir mordre celui de qui elle avoit reçu tout de biens. Et cette force avec laquelle il reprit sa femme pour venger l'injure de Dieu, étoit d'autant plus à admirer, qu'il faisoit paraître une si grande douceur pour supporter ce qui l'alligeoit lui-même. Qu'il est agréable, s'écrie saint Grégoire, de considérer ce saint homme tout dépourvu au-dehors des biens de la terre, et tout plein de Dieu au-dedans! Le grand Apôtre saint Paul, continue ce Saint, considérant les trésors de la sagesse intérieure que Dieu avoit renfermés au-dedans de lui, et se regardant lui-même au-dehors dans cette fragilité et cette corruption de sa chair, disoit: Nous portons ce trésor dans des vases de terre. Ainsi le vaisseau fragile d'un bienheureux Job sembloit être tout brisé par les ouvertures de ses plaies; mais le trésor intérieur de sa piété s'y conserva en son entier. (Sacy.)

SI BONA SUSCEPISSIMÆ. Itanè verò Dominum coluerimus cum nos fortiores; nunc verò, cum malis nos afflicti, ab eo delictissimus? Agit ex eo quod inter homines consuetum est, qui ubi bona ab hominibus am-

inspicens, dixit ei, etc. Quem respectum omnino torvum fuisse significanti D. Basilium et D. Chrysostomum in Catena Græcâ: « Cum, inquit, ea verba stomachum Jobo movissent, pleno iracundiæ valtu truncæ aspectu ad uxorem convertitur. » Addit D. Chrysostomus homil. 5 in Jobum: « Ante vocem ab ipso prospectu machinationa repulit, leone truculentior factus, furore plenus et iracundiâ. » Ubi videtis vocis reprehensionis torvitatem totius rei premitendam esse, imò et solam reprehensionis tristitiam aliquando sufficere, ut ii, quorum reprehenditur vitia, emendentur. Sicut igitur Job sanctissimè patiens, ita et sanctissimè impatiens fuit, nam ad penas impolitus sanctissimè tolerabat, et ad peccata provocatus sanctissimè resistebat; et qui flagellatus à dæmone patientissimè obtinuit, tentatus ab uxore impatientissimè, ut ita loquar, exclamavit: Quasi una de stultis mulieribus locuta es. Ubi Lyranus: « Vir sanctus, » inquit, quamvis afflictionibus propriis patienter sustineret, tamen injuriam Dei absque reprehensione sustinere non potuit, quia injuria propria sunt tollerande, divinæ autem vindicande. » Benè notat ad hunc locum Sanctus noster istam, licet acerbam, simul tamen etiam modestam esse, Jobi reprehensionem, quâ ita impiam illam uxoris ἀπειρίαν seu loquendi libertatem carpit, ut simul religiosus ejus mores, et superioris vitæ honestatem modestiamque insinuet ac tacitè quodammodo commendet. Haudquaquam enim ipsam absolutè stultam, scelestam, impiam appellat, sed quasi unam de stultis mulieribus locutam dicit, quippe quæ in eo sermone stultarum mulierum mores imitata sit, et quasi à semetipsâ deficiens, ad alienos mores ingeniumque transierit, quemadmodum S. Chrysostomus in Catena Græcâ non obscure insinuat, dum sic Jobum ad eam his verbis loquentem introducit, ac si dicit: Nihil te, nihil institutione disciplinæ dignum attulisti. Quas porro hæc stultas mulieres, quarum Jobi uxor orationem imitata sit, intelligat, non est difficile conjectare. Sanctus Chrysostomus, loco jam in Catena citato, putat Evam hanc similitudinè particulam contrahendam, sed ad omnes

plissima acceperint, leviora mala ab illis illata æquo animo ferunt. Alii sic legunt, quasi hæc soletur Job spe meliorum, etc. Etiam alicubi bonum recipimus; vel quòd tandem resistemus sicut (in hac vita), vel de future vitæ felicitate nos dicit. Sed prior sensus germanus est. Mala quare nos suscipiamus? Debeamus accipere, sive excipere, scilicet cum affectu, inventâ, reverentia et acquiescentiâ; id enim habet significat nempe accipere, accipere, quod ad donum suâ naturâ refertur. Magna fidei generositas est, de calamitate sic loqui ut de munere. Job, uno verbo, emendat affectum circa bona et ea quæ videntur mala obliata exigi. Est כִּדְבָרֵי אִשָּׁה ante, coram; quasi sit obviâ emto excipere. (Synopsis.)

potius insanas feminas extendendam censent, in quibus scilicet parum est mentis, parum pietatis ac pudoris; quapropter facile vel odio vel amore, aut etiam fastidio ac dolore graviter exorbitant, et in dicta factaque impia temerè prorumpunt. Præcipuè autem Jobus ad Idumæas mulieres tanquam sibi notissimas respexisse videtur, utpote ad omne scelus et flagitium propensas, atque in omnem audaciam projectas; quibus id cum cæteris ferè gentilibus commune fuit, ut deos suos, quando iis parum propitiis usse fuissent, malè exciperent, et convitiis contumelisque afficerent, aut etiam verberibus plagisque operirent. At igitur Jobus uxori prociaciter sibi pietatem exprobranti, et ad convicia in Deum congerenda proripanti, religiosos ipsam mores, quibus enutrita fuerat, penitus exuisse, ac pro iis barbaram et gentilem impietatem assumpsisse visam.

Pulchre autem hoc loco Pineda noster expendit vocem *stulti*, tresque adfert illius acceptiones, omnes ad rem satis: Primam, ut idem sit stultus quod in Hebræo *Nabal*, id est, quod *vi, vitâ, humore, sapore, sapientiâ destitutum est, quod languet atque marcescit, et veluti aridum folium decidit*; hinc rectissime inter quod sicut *Nabal secundum nomen suum stultus dicebatur*, 1 Reg. 25, 25, quia cum tanta bona à Davide accepisset, sic abjecti animi, nulliusque consilii, sic consilii inops, ut nec parvam benefactori gratiam rependeret: sic à Deo tantum bona sperare, mala nolle accipere, et ad Dei servitium accedere quâvis semper ad epulas invitatum et ad gaudia, hoc summæ esse stultitiæ, abjecti animi, nulliusque consilii, ac proterus esse hominis vi, vitâ, humore, sapore ac sapientiâ destituti.

Secundò nomen *stulti* in Scripturis accommodatur ei qui abjecti de Deo sentiens ipsum non agnoscit, neque veram colit religionem; unde illud Deutoronomii: *Popule stulto et insipienti*, Deut. 32, 6. Et Paulus vocat *gentem insipientem* idololatras, Rom. 10, 19. Eodem spectat illud Davidis: *Populus insipienti incitavit*, id est, blasphemavit, contempsit, *nomen tuum*, Psal. 75, 18. Ex quo inferitur eum qui à Deo tantum bona vult, et non mala, qui illi benedicit quando prospera largitur, maledicit quando adversa immittit, sic de Deo sentire sicut de idolis barbaræ nationes, quæ illa verberant ac contumelias afficiunt, si quando infausta eis accidunt. Unde meriti tales non Christiani, sed insipientes, stulti, hoc est, ferè idololatras dici possunt.

Tertiò tandem stultitiæ nomen ad insigne facinus contra publicam honestatem adaptatur homine cordato indignum, ut de præpostera libidine in libro Judicum 19, 23, dixit ille: *Nolite facere malum hoc, cessate ab hac stultitiâ*. Quid ergo? ut dicam quod sentio; tantum bona et nulla mala à Deo expectare, et eùm eveniant murmurare, bonitatem virtutis ex prosperitate pensitare, iudicium cet præposteram, et præpostera libidinis nomen meretur, atque homine facinus indignum. Unde non immeritò Job, qui tot ærumas et calamitates plagasque sibi à diabolo irro-

gatas æquissimo animo sustinuerat, insolentem hanc insultantis sibi uxoris prociacitatem ferre non potuit, quin acriter illam increparet, ac manifeste in Deum impietatis argueret. Nihil enim virum justum magis commovere, aut ad indignationem provocare solet, quam si ab ipso quidpiam quod Deo contrarium sit postuletur. Postquam ergo uxoris insipientiam acri, uti par erat, reprehensione castigasset, aptam quoque illi medicinam opportune adhibuit dicens:

SI BONA SUSCEPIMUS DE MANU DEI, MALA QUARE NON SUSCEPIMUS (1)? Ubi notanda est vis illativa in voce *Dei*, q. d.: Non à cujuslibet manu bona suscepimus, sed à manu Dei, qui nulli debet, qui gratis dedit, qui bonus est, et bonum quodcumque vult; ergo cur non similiter mala? Quod equidem acutissimè observavit Chrysostomus Hom. 5 in Job tomo 1, perpendens mala sic sustinuisse Jobum, ut nunquam ad præmium, sed tantum ad Deum respexerit, à quo omnia: unde tota ejus sustinentiæ ratio, animus, robur, non à præmio, non à coronâ, non à fructu, sed tantum quia à Domino mala. *Non novit* inquit Chrysostomus, id est, non attendit, non reflexit *se pro patientiâ coronandum; sed existimavit esse tantummodo calamitatem à Deo illatam*. Nil subtilius nihilque de Jobo excellentius dici potuit: tam altè enim tamque profundè de Deo sentiebat, ut ad tanta tantaque mala sufferenda non aliam necessariam assumeret rationem, nisi quòd Deus ea immitteret, sic supremum ejus recognoscens dominium, ut simul et in eo summam bonitatem; sic ut summa sit justitiæ et equitatis ratio quod ipse fecit. Deus flagellat, sufficit: æquanimitè ferendum, quia Deus est, hæc summa. Quid rationes flagelli inquiris, si ob peccata, si ob demerita, si ob probationem, si multa, si parva, si maxima, si ingentia, si ut pater, si ut iudex, in ultimis ex his deiecit te et inextricabiles labyrinthos? Vis quiescere? Dic, Deus flagellat, sufficit. Quare mala de manu Domini non suscipimus? Ex eadem quippe manu sanitas et infirmitas; divitiæ et paupertas; mors et vita in manu Domini; quare solam sanitatem, divitias, vitam, et non infirmitatem, paupertatem, mortem suscipimus? Illa placebant, quia ex manu Dei: hæc quare non placeant? Illa corpori, hæc animæ serviunt: quare ergo non suscipimus? Inter amicos et mercatores quovis tempore negotia communia. Si cum benè res agebantur societas perdurabat; nunc quando res in transversum abire incipiunt, quare non sustineamus? Digna sanè Jobo sententia, et ad animum, quem dura vexatio aut fortunarum honorisque jactura conturbat, componenda.

(1) *וְיִשְׁאַל עַל הַיָּדָיִם עֲתִימָהּ?* subintellecto Ille interrogativo, ut v. 9, et 1 Sam. 22, 7. Rectè observavit Mercerus, signare hanc particulam utriusque membri, quod sequitur, æqualitatem, et ex æquo honorum et adversorum auctorem colendum esse Deum, q. d.: Itane verò Deum coluerimus, cum nos fortunaret, nunc verò, cum malis nos afficit, ab eo deficiamus? A. Sciens simpliciter *pro itane verò?* capiendum putat, ut 1 Sam. 22, 7: *וְיִשְׁאַל עַל הַיָּדָיִם עֲתִימָהּ*, itane verò omnibus vobis dabit Isaias agros et vineas? (Rosenmüller.)

dum potentissima; quam eleganter expendit et amplificat D. Basilii Orat. 2 de Patientiâ, ubi Jobum sic ad uxorem verba facientem, et ad veram rebus in adversis philosophiam cohortantem introducit: *Veniunt tibi in mentem illa bona quibus primum cum muliere eras; perpende meliora cum deterioribus, et creperis nullius hominis vitam omni ex parte beatam esse; semper enim fortunatam esse soñus Dei est: sed tu si ex rebus presentibus dolorem percipis, ex præteritis consolationem pete; nunc lacrymas profundis, et tunc risum edebas; nunc inopem evitam agis, et prius delicias affluas; clarum vite elaticum bibisti, nunc turbidum bibens bono animo esto. Nam neque fluminum cursus perpetuò clarè apparent; vita autem nostra, ut scis, veluti flumen quoddam esse perpetuò fluens, et undis vicissim succedentibus retortum; cujus una pars jam præterea fluxit, altera verò in cursu est, alia jam de fontibus emanat, alia verò post fluit; et universi ad commune mortis mare festinamus. Si bona suscepimus à Domino, mala cur non sustinebimus? Num cogemus ejusdem generis res nobis perpetuò suppeditare? Num credimus Dominum nescire, quomodo evitam nostram gubernare debeat? Ipse sanarum sententiarum potestatem habet: quomodo vult res nostras regit: sapiens autem est, et quod ex usu est servis suis suppeditat.* Hæc eadem in Catena Græcâ Comiti nostri tribuuntur Chrysostomo, qui Homiliâ unâ de B. Job illa ipsa ejus verba expendens: *Attende*, inquit, *verba foris patrescentis, intus integri*; et statim illum loquentem introducens: *Pater*, inquit, *numquid amandus est blandiens, et respiciens corripitens? Nomen ipse est Pater et imponens disciplina? Deus aequè Pater est, et aequè bonus ac liberalis Pater est cum negat, et cum annuit, cum recreat, et cum flagellat; cum vulnerat, et cum sanat: sive blandus, sive serius sit, Pater est, nec amantissimam in nos voluntatem mutat. Eadem Dei voluntas est, que mallet, et que pungit, que muneratur, et que punit; eadem est que morbum et sanitatem, que opes et paupertatem, que gloriam et ignominiam immittit. Placeat prior illa mitis et benevola, hilaris et benigna? placeat et hæc altera, tristic et adstricta, acris et austera, eadem proterus est cum priori. Salutaris sanè admonitio, atque in rebus asperis opportuna; uti et illa quam à Medici similitudine trahit idem sanctus Pater in Psal. 148, ita scribens: *Quemadmodum medicum non solum nutriendum, sed etiam fame cruciantem; non solum urgentem, sed etiam urentem et secantem observamus, ita etiam oportet Deum ludare pro omnibus*. Audin' quisquis rebus in adversis animo esse tam dejecto et in muliebres querimonias effuso? Lauda Deum tum etiam dum secat et urit. Quid dum ureris, dum secaris, querelas evolis? Utrumque à medico est, pro utroque pariter eum lauda. Quid? quòd tribulatio ipsa, si animo philosophico sis, eaque probè uti noris, unctiois tibi loco*

esse possit, quæ rebus in adversis velut fortis ac generosus athleta exemplo Jobi ad patientiam ungaris. Quò spectat illud ejusdem sancti Patris Homil. 66, ad populum Athiencium sic perorantis: *Fastum*, inquit, *contrahit, et omnem excelsitudinem tororem tribulatio, et ad patientiam urgit, et humanarum rerum utilitatem revelat, et multam introducit sapientiam*. Quis prudens oleum istud rejicit, quo fortior evadit? Similia quoque habet Homil. 26, in Epist. 2 ad Corinthios, ubi de afflictionè loquens, ait cum fastum amputare, et segnitiam omnem excindere, atque ad patientiam instruere ac veluti innungere.

Falluntur itaque gravissimè qui afflictionibus oppressi, quòd impatientie signa exhibeant, quòd domus clamoribus et femine ejulatu replent, quòd in Deum hominesque maledicta erucunt, totum ab afflictione et tribulationibus provenire existimant, eùm id verè à pusilli et effeminati animi infirmitate proficiscitur; in quam omnis culpa Iulosemоди rejicienda est, non in afflictionem; que quantum est ex se et divinâ destinatione magis nutrit, fovet et amplificat, quam emeret, dederat aut extinguat patientiam; ad quam si non inungat, non nisi ab imbecillæ mentis vitio et angustâ provenit. Gaudet enim patientia duris; et virtus in infirmitate perficitur, 2 Cor. 12, 9. Cùm igitur vides Deum vulnera nostra develare et tribulationibus honorumque spoliatione quodammodo explicare atque exquirere, certum et evidens omninò signum est, ipsum de mediâ cogitare, et tanquam peritum medicum ac chirurgum plagas nostros sanare velle: ut enim illas curet, prius discooperiat et explicet necesse est, id quòd flagellis ac adversitatibus facit, quas omnes ad animi nostri medellam dirigit. Quare cum sancto Jobo in adversis non nimis quam in prosperis, et dum pungit aequè ac dum ungit, Deo gratias agere debeamus: siquidem utramque ad salutem nostram facit; illicirò enim tribulationibus nos exercet, quia hoc expedit nobis, et vitam nostram, vel otio torpescat, aut desperatione dispareat, modo prosperitatis, modo adversitatis salubri vicissitudine ac varietate dispensat. Quin inò temporalia hujus vite flagella longè certius esse divinæ electionis argumentum, majusque ad salutem nostram procurandam momentum habere, non solum à medicæ artis principis, sed ex animalium utroque tractatione, et à stirpium arborumque educatione petita similitudine luculenter ostendit sanctus Petrus Damianus lib. 8 Epist. 6, ita scribens: *Laudanda divina dispensatio, quæ ad hoc suos temporaliter verberat, ut à perpetuis eos flagellis abscondat; ad hoc premit, ut elevet; ad hoc secat, ut sanet; ad hoc deiecit, ut exaltet.* Qui enim bona agit, et mala suscipit; quidquid sibi justæ retributionis in terrâ subtrahitur, hoc illi de celo multipliciter cumulat. Porrò autem medici corporum quos desperant ad percipiendam passim eaque petierint alimenta relaxant; at quos erigendos esse conjunctim cuncta eis noxia delectationis edulia minaciter interdicit: antidota inasper et amara propinant, ut per amaritudinis haustum ad

Eliphaz Thamanorum rex; Baldad Sauchorum tyranus, Sophar Minorum rex. Unde confirmatur Jobum quoque regem existisse, nam aliquiq[ue] huiusmodi relictis regali ditione sua ex condito ad illum consolandum accessissent. Erat sane prestantissimum hoc officium, quod inter se confixerant, ut amicum aerumnis maximis oppressum consolarentur, et simul viro calamitoso summopere necessarium, quandoquidem, ut Socrates aiebat, τὸς μὲν νοσήσαντας, τὸς δὲ ἀσθενήσαντας οὐκ ἀπολείπει, infirmis medicos, miseris autem amicos oportet adesse. Est enim non exiguum miserorum levamentum, cum fidem amicorum et erga se benevolentiam agnoscent eo presertim in tempore, cum alia omni consolatione nudi et intimis doloribus afflictis in aliena benignitate conquiscent. Nulla certe re magis vera cognoscitur amicitia, quam si temporibus iniquis amici adsint, iuxta tritum illud apud Ciceronem: Amicus certius in re incerta certior, illudque Ovidii,

Seruit ut solvum spectatur in ignibus aurum,
Tempore sic duro est inspicienda fides.

Hinc Chilum apud Laertium lib. 4, cap. 4, dicere solebat, propius ad amicum adversam fortunam quam ad res secundas accurrendum, nam rebus prosperis advolant quilibet, etiam minus amici, at qui adsunt, cessante fortuna, hi verò sunt amici. Quamobrem prudenter monet Ecclesiasticus, cap. 6, 7: *Si possides amicum, in tentatione posside eum, et ne facile credas ei teipsum. Est enim amicus secundum tempus suum, et non permanebit in die tribulationis, etc.* Mirum sane, ac persus inusitatum, videre tres reges, propriis ditionibus relictis, ad amicum suum Jobum, bonis omnibus exutum, in afflictissimo illo statu visitandum et consolandum accurrere. Id quod suis momentis expendens et obstupescens Origenes lib. 5 in Job: « Non erant, inquit, tales beati illi viri quales nunc profecto sunt homines, malevoli, ingrati; quoniam bene est cuiuslibet, tunc illi amici sunt, et sinceri atque puri esse videntur; cum cuiuslibet tribulatio advenerit, tunc videlicet illi descendunt, et despicunt, et obliviscuntur. » Qui enim commodi gratia sunt amici, sublati commodi spe, deserunt amicitiam. Sed amicos secundae sperant, adversa probant. Unde Terentius Saperbus jam exul factus dixisse fertur, se tum denique cognovisse quos habuisset amicos fidos, quos infidos, cum neutris gratiam referre posset. Quis igitur Job in summâ sua afflictione à tribus potentissimis amicis fuerit visitatus, videri posset non omnino fuisse bonis omnibus spoliatus; nam, ut Ecclesiasticus ait: *Amico fideli nulla est comparatio: et non est digna ponderatio auri et argenti contra bonitatem fidei illius.* Unde etiam Socrates, omnium Græcorum sapientissimus, dicere solitus est nullam esse possessionem pretiosorem vero bonoque amico, nec aliunde plus fructus capi, itaque præposterè facere multos, qui pecunie dispendium gravius ferunt quam amici iacturam, quique se beneficium perdidisse clamant gratis collatum, cum eo sibi conciliaverint amicum quo-

vis lucro potiore. « Amicus enim, ut Xenophon aiebat, est desiderabile nomen, homo vix apparet, in felicitatis refugium, vix inveniendi possessio, se cretorum receptor, indeficiens quies, amanda felicitas. » Sed cheu! que Jobi erat longè maxima felicitas illi, ipsi amici, qui ad ipsum in afflictissimo illo statu consolandum accesserant, nescio quo malo de sententiâ deducti, non tantum dolorem ejus non absterserunt aut levaverunt, sed potius refricârunt et exacerbârunt; fortassis diabolo singulari astu, in quo reliquam spem victoriæ suæ collocârât, illis illudente, et ad hoc instigante, ut nihil intentatum relinquere, quo impatiens aliquid videretur ex sanctissimi viri ore extorqueret. Unde eleganter D. Gregorius lib. 5 Moralium cap. 19, cum amicis illis vitâ comparat, quæ sepe numerò, et in incutitos decipiunt, se virtutes esse mentiantur. Quæmadmodum enim tres illi amici ad Jobum, ut eum in afflictione summâ constitutum solerant, accedentes, haudquaquam ipsum sunt consolati, sed dolores ejus novis doloribus accumulârunt, atque corporeas afflictiones gravioribus mentis vexationibus excolerârunt, sic etiam vitâ, non absimili astu, amicorum, id est, virtutum, se vestimentis contegunt, et quasi ad nos sustentandos ac roborandos accedunt, cum tamen ad animum omni gratiâ spiritali spoliandum et occidendum adveniant. Ceterum quid hi amici Job in primo congressu egerint consideremus.

VERS. 12. — CÔMEQUE ELEVASSANT PROCUL OCULOS SUOS (1), NON COGNOVERUNT EUM, ET EXCLAMANTES PLORAVERT, SCISSIQ[UE] VESTIBUS SPARSERVINT PULVEREM SUPER CAPUT SUUM IN COELUM. Describitur hoc loco gestus admirationis ac doloris, quem amici illi reges ad primum Jobi, plagis horrendis cooperti, atque in sterquilinio sedentes, aspectum attoniti ediderunt. Sed in primis spectanda verba: *non cognoverunt eum.* Quippe cognoverant Jobum opulentum et principem; non cognoscebant inopem et calamitosum hominem. Non enim est idemmet qui fuerat rex, et qui arum-

Formula מַעֲלֵם אֶת עֵינָיו מִן הָאֲדָמָה *sustulerunt oculos suos, adhibetur in rebus gravioribus que cum fortiore quadam animi commotione advertuntur, vid. e. c., Genes. 15, 10; 45, 29. Num. 24, 2; aliter, אֶת עֵינָיו מִן הַלְּוָיִקְוֹ, emittis, sub primum scilicet aspectum, et tamen distantia, quâ prius Jobum facili agnovissent. A. Schultens illud מִן הָאֲדָמָה existimat ad exaggerandum Jobi calamitatem positum, qui tam foedis vicibus diluere, tam tetrum quoque exhalaret odorem, ut procul horrorem inuenteret, neque quisquam proflis ad eum accedere audeat; metu contagiosis. Hinc sicut instruitur Ps. 38, 12, ad quem loc. con. not. Hinc faciunt Arætei verba, quibus suam descriptionem hominis elephantiasis affecti concludit: « Talis quum est, quis non aut uigat? aut quis non avertetur, licet ciliis, aut pater, aut etiam germanus frater sit, quum cmetus sit, nec morbus communicetur? » Hebr.: *Pulverem super capita sua iaculati sunt celum versus, more lugentium, vid. Osæ 7, 2. Sam. 15, 19. Ezech. 27, 50. Thren. 2, 10. Act. 12, 25.* Hic verò gestus dolentium, pulverem celum versus super capita iaculantem, eo spectasse videtur, ut inde tanquam tristi nebula ac nube capita sua cooperta jacerent testarentur. Eodem ritu et Achilles Patroci sui mortem plorasse describitur lib. 2, 22. (Rosemuller.)*

nosus et pauper est: alius est quem felicitas exehit, et quem fortuna deprimit. Etsi enim homo semper sit homo, non tamen in quavis fortunâ idem homo est. Mutat homo cum honore formam, neque in prosperâ fortunâ eundem illum invenies. Non enim qui privatus fuerat, ille idem est qui ad honores ascendit, et contra; alius est, quamvis perseveret in eadem naturâ.

Honores mutant mores, imò et personam. Alia persona mox est sui eodem nomine. Unde non mirandum, si amici illi quondam Jobi eum non cognoscebant jam sermimosum, quem paulò ante florentem viderant. Ceterum que admirationis ac doloris planetosque signa ediderint contemplantur: *Scissis, inquit, vestibus sparserunt pulverem super caput;* ac scindere quidem vestimenta doloris esse significationem superiori capite, ad vers. 20, annotavimus. Eandem quoque significationem habet illa pulveris supra caput aspersio, quam etiam in Threnis suis describit Jeremias, 2, 10, dicens: *Sederunt in terra, conticuerunt senes filie Sion, consperserunt cinere capita sua; accincti sunt ciliciti, etc.* Isdem igitur gestibus tres illi reges uti sunt ad vehementem summatupere ac dolorem in amici calamitate declarandum, et ad se aliquo tenis afflictio moribus conformandum. Prudentissimum sanè erat et humanitatis plenum hoc eorum consilium, et aptissimum consolationem auspicandi principium, nisi illud postmodum, nescio quo spiritu instigati, aculeatis suis increpationibus vitâissent. Nihil enim ad dolorem aliquem alleviandum aut mitigandum accommodatis quàm similem illi fieri ac lugentis gestus habitumque assumere, et sic quodammodo doloris partem in se transferre, meroreque cum amico dividere ac dimidiare. Nam, ut rectè docet Cicero lib. 5 Tusculanarum, hæc sunt officia consulantium tollere agritudinem funditis, aut sedare, aut detrahere quam plurimum, aut suppressere, nec pati manere longius, aut ad aliam traducere. Omnibus nempe modis fulcendi sunt qui corrumpi, nec coherere possunt propter magnitudinem agritudinis. Consolatorum ergo partes subituri tres illi reges, primum et ante omnia condolentium gestus habitumque induunt, et exclamantes ploraverunt, scissisque vestibus sparserunt pulverem super caput suum, etc. Quod magno judicio accuratè expendens Origenes lib. 5 in Job annotat illos eo consilio hoc fecisse, ut ejus factum imitando summam agro consolationem, et quem poterant maximum honorem exhiberent. Quasi dicerent: « Que fecisti, o Job, facimus, et que gessisti gerimus: vestimenta nostra scindimus, et terram supra capita nostra espargimus. Sic namque et tu fecisti ante pànhulum, et o Job; utinam ceteros dolores tuos tecum dividere possemus! » Hæc sanè condolentiâ multò magis Jobum honorant et consolati sunt, quàm si verbis tantum, etsi magnificis, intimum doloris sui sensum expressissent. Non enim dolorem alterius rectè consolator sublevari, nisi simul cum eo etiam doleat, quemadmodum ferrum cum alio ferro (ut sanctus Gregorius ait) non bene coheret, nisi utrumque igne mollescat. Ita nimirum Christus quoque lacrymatus fuit Joan.

11, 35, ubi Mariam fratris sui Lazari mortem deplorare vidit; et Apostolus monet nos Rom. 12, 15, *flere cum flentibus, que condolendi atque collacrymandi ratio in consolando plurimum valet.*

VERS. 15. — ET SEDERVNT CUM EO IN TERRA SEPTEN DIERUM ET SEPTEN NOCTIBUS, ET NEMO LOQUERATUR ILI VER-

(1) Sederunt tanquam in pulvere, luctumque septem diebus produxere, quasi mortuum lugerent, gementes semper luctusque in silentio, neque cum eo loquentes, neque loqui cogentes. Silentium nominis post septem dies tandem abruptum. Doloris, qui verbus non posset significari, meliùs silentio poterat. Et iam turbis Jobi animus agitabatur, ut amicum exhortationes nec satis animadvertere posset, nec loquentium sermones quietus audire. Si qua tunc dedissent verba, labæctandum his potius animum, et irritandum vulnus potius, quam mitigandum fore arbitrabatur. Perseverasse illos assidue septem solidis diebus apud Jobum, Olympiodorus non credit, ratus venturasse tantummodo ad illum sapius, et juxta assedisse. Sed textus aperte contrarium docet, Origenes, sive alius scrijtor Commentariorum in Jobum sub ejus nomine, censet, toto illo spatio septem dierum ac noctium ita inhaesisse Jobo amicos, ut neque cibo neque potu recreati, divinâ et supra naturam virtute sustentarentur. Censet amicos ab Jobo domum deductos, minime decere arduitate, illos in loco sordido et in viâ esse, ubi lætæntis plenum hoc eorum consilium, et aptissimum consolationem auspicandi principium, nisi illud postmodum, nescio quo spiritu instigati, aculeatis suis increpationibus vitâissent. Nihil enim ad dolorem aliquem alleviandum aut mitigandum accommodatis quàm similem illi fieri ac lugentis gestus habitumque assumere, et sic quodammodo doloris partem in se transferre, meroreque cum amico dividere ac dimidiare. Nam, ut rectè docet Cicero lib. 5 Tusculanarum, hæc sunt officia consulantium tollere agritudinem funditis, aut sedare, aut detrahere quam plurimum, aut suppressere, nec pati manere longius, aut ad aliam traducere. Omnibus nempe modis fulcendi sunt qui corrumpi, nec coherere possunt propter magnitudinem agritudinis. Consolatorum ergo partes subituri tres illi reges, primum et ante omnia condolentium gestus habitumque induunt, et exclamantes ploraverunt, scissisque vestibus sparserunt pulverem super caput suum, etc. Quod magno judicio accuratè expendens Origenes lib. 5 in Job annotat illos eo consilio hoc fecisse, ut ejus factum imitando summam agro consolationem, et quem poterant maximum honorem exhiberent. Quasi dicerent: « Que fecisti, o Job, facimus, et que gessisti gerimus: vestimenta nostra scindimus, et terram supra capita nostra espargimus. Sic namque et tu fecisti ante pànhulum, et o Job; utinam ceteros dolores tuos tecum dividere possemus! » Hæc sanè condolentiâ multò magis Jobum honorant et consolati sunt, quàm si verbis tantum, etsi magnificis, intimum doloris sui sensum expressissent. Non enim dolorem alterius rectè consolator sublevari, nisi simul cum eo etiam doleat, quemadmodum ferrum cum alio ferro (ut sanctus Gregorius ait) non bene coheret, nisi utrumque igne mollescat. Ita nimirum Christus quoque lacrymatus fuit Joan.

SEPTEN DIERUM ET SEPTEN NOCTIBUS, non quòd essent ibi continue, quia oportebat eos aliquando refici et quiescere, sed quia tanto tempore sederant ibi, horis scilicet convenientibus; et istud est unum de remediis contra dolorem hominis afflicti, quando videt sibi remansisse amicos fideles, qui inter majora bona hominis computantur, quando videt eos sibi verè compati, ut habetur 2 Rhetorice, quia sicut trahis ponderosa faciliùs portatur ab homine, quando habet aliquos secum comportantes, sic tristabile et dolorisum faciliùs sustinetur ab homine, quando videt aliquos sibi compatiens, quasi partem doloris sui secum partientes.

VIDEBANT ENIM DOLOREM. Credebant enim Job ita tristitiam et impatienciâ propter magnitudinem miserie oppressum, quòd non esset dispositus ad recipiendum verba eorum, licet aliter esset in re, ut patet ex predictis, et idèò secundum suam estimationem expectabant horum quòd passio tristitie et impatiencie ipsius Job transisset, saltem in parte, ita quòd vellet eorum verba recipere. Ex hoc habemus documentum quòd homines in passione positi non sunt pro tunc corripendi, quia non sunt correctionis receptivi; sed expectandum est quousque passio transeat, ut sic correctionem melius accipiant, et ei acquiescant. (Lysanus.)

In maximis luctibus silentium solenne est. Lamert. 2, 10; vel, primò planè nihil loquebantur. Mirum est viros sapientissimos, etc., tamdiu obtinuisse; sed obstupescerant ad tantam calamitatem, ut initio non haberent quòd hiscerent. Non repererunt consolationis exordium, partim, quòd doloribus ejus participarent; partim, quòd calamitatis magnitudinem vulgaria non admitteret solatia; partim, quòd lassierent de causâ harum afflictionum; partim, quòd desiderant quò animo Jobus esset. Inopportuna benevolentia sæpè inimicitia est; et agritatis sæpè sermo aut loquacitas medicorum aut eorum qui irrisunt, molesta est; silentium malum. Vel secundò, nullam verbum, intellige objurgatorium, quia plurima postea locuti sunt, que etiam antea meditati sunt; sed inhumanum putabant adeò calamitosum aspero sermone exultare, etc. Vel, tertio, hæc verba non sunt referenda